

DECANUS COMMUNITATIS PHILOSOPHICÆ, optimarum artium & Philosophiæ

Magistris, Baccalaureis, & Studiofis in Academia Lipsiensi

S. D.



Monsans & vetusta fama est, natum Jove Mercurium, inter alias novas artes, & opera miranda, in salutem hominum efficta, etiam Lyram excogitasse. Cum enim aliquando Concham sive testudinem, quam in sicco destituerat Nilus in alveum regressus, observasset, eam, forte fortuna percussa sonum ederet; statim Deus illam arripit letabundus, bene pulchra rei sperans, pellem inducit, funiculos astruit septem, intendit Chelyn, experitur organon cantu autographo, miratur, insersit manus & brachia versat, placetq; jam non auctori tantum, sed reliquis etiam Diis & Deabus: Postea Apollini donatur hæc Lyra; ab hoc in manus Orphei venit, qui de Musarum numero duas adiciens restituit, eandem cunctis chorodis fecit. Post fata Orphei in Lesbion delata dicitur, inde in Ægyptum, ubi inter sacra colitæ, & tandem in cælum inter sidera translata. Hæc est Lyra celebrata nobilitas tot gentibus, tot literis: Quam nunc liceat paucis explicare.

Poëtica fabula hoc jucundo & populari involucri (qui tunc temporis Philosophandi mos erat) primam artium originem, dignitatem, & progressum continet. Mercurius, Jove natus, est animus humanus, divina particula auræ, tanto diviniore, quanto Philosophia peritior. Testudo, res contempta, est corpus humanum, organon Lyra Mercurialis πολυδάδαλον. Chordæ septem, sunt septem artes liberales, hominibus Divinitus concessæ, quibus omnis humana scientia comprehenditur. Apollo est ratio seu potentia anima intellectiva: huic donata est Lyra sapientiæ, primum ἐν τῷ χορδῷ, mox cura posterorum, ad quos transit, ἐν τῷ χορδῷ, facta, ut responderet numero Musarum, quæ sunt congenitus hominum animis ardor & strenua discendi Cupido sive facultates intellectus, quæ artibus istis perficiuntur. Duplices autem Chordæ continent hæc Lyra Apollinis, Philologicas & Philosophicas, sive orationis & rerum: Ille ab initio erant tres, tribus artibus dicendi, Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, destinata, quibus ludebant tres præsidēs Musæ. Primæ nomen est Polyænæ, à multa memoria, ad linguas, quarum cognitioni Grammatica inservit, in primis necessaria. Huic literas, quibus mortalibus nihil utilius est repertum, genuinos sensuum animi interpretes, ἀσέβης memoria custodes, probas eruditæ sermonis regulas, ut mittam cetera, debemus. Media vocatur Euterpe, quæ Dialecticam sibi vendicat, ob summam & suavisimam voluptates, ex contemplatione veriorum. Quid enim suavius, quid delectabilius, quàm scire & perspicere id, quod in unaquaq; re est verum? Jam modum sciendi & veritatem indagandi docet sola Logica. Bias interrogatus, quid esset cuiq; inter prima dulces, respondit, quod proprium. Est autem vel maxime proprium homini ratiocinatio, dialéctis, contemplatio cuiusq; rei diligens. Uno verbo, Veritas, quæ, si deus servaretur, mirabilis sui amoris, ut Cicero ex Platone loquitur, excitaret. Tertia, Melpomene, Rhetoricæ est præfecta, quæ dulcedine vocis suæ & harmonico concentu, quæ est facundia & eloquentia, forum demulcet, cuius artifex poësis creditur fuisse Orpheus, dictus ab hac lenire tigres rapidosq; Leones, apud Hor. in art. poet. Huic trix Musarum Philologica à posteris, quorum cura ac studio artes incrementa ceperunt, adjectæ sunt due, Clio & Calliope, quarum illa ob uide, famam, gloriam, & laudem immortalem, quam sola litera præstant, circa historias est occupata; hæc, à pulchritudine vocis nomen habens, poëtas afflare & gignere dicitur. Ex quibus facile apparet, quàm amplum sit studium Philologiæ, & quàm multis opus habeat is, qui velit Philologus audiri, hoc est, perfectam orationis facultatem sibi comparasse dici. Nimirum oportet eum pure, terse & eruditè loqui & scribere, nec una lingua, sed pluribus, imò omnibus, si possibile foret. Oportet eum verè, accuratè, perspicuè, distinctè, de rebus differere: Oportet eum suaviter demulcere aures & animos audientium vel legentium, cum in propria tum in ligata, adductis exemplis & historiis, ex antiquitate petitis. Sed properandum est ad reliquas Musas quatuor, quæ tetrachordo philosophico (vocabulo philosophiæ strictim accepto) præfident, suntq; Terpsichore, Thalia, Erato & Urania. Quæ singula singulis Chordis singulas artes harmonia dulcissima stridunt & canunt, Arithmeticam, Geometriam, Musicam, Astronomiam. His artibus tota philosophia h. e. omnium rerum tam Divinarum quam humanarum cognitio comprehenditur; siquidem Arithmeticæ significatum aliquantò amplius, ut hoc loco quidem convenit, tribuas, ita ut non solam artem numerandi, sed reliquas etiam disciplinas, quæ circæ, numero & ordine discretas, versantur, Physicam, Metaphysicam, Ethicam, complectatur. Neg, hoc à mente veterum Philosophorum alienum est. Inde enim Pythagoras omnem philosophandi rationem à natura mentis humanæ, quam numerum, vel saltem numeri matrem, esse docuit, derivans, principia philosophiæ numeros posuit. Inde, qui excellere quondam sapientia magni viri, τὸ δεῖν numerare, pro philosophari dixerunt. Inde quoq; Neocli querenti, cur homo sapientissimus animal, Plato respondit, quoniam numeros calleat. Sed hæc, ut dictum est, debetur Terpsichoræ, sic dictæ, quod chororum Musarum totum delectet multitudine scilicet. & suavitatem τῷ πῶτον καὶ τῷ ἑσχατῷ. Succedit Thalia, Geometriæ addita, quæ γῆνδε germinare, efflorescere & virefcere facit cultorum ingenia, studia & nomina. Hæc est, quæ linearum, superficierum, & corporum, ponderumq; mensuras, figurarum planas & solidas, earumq; proportionem, quæ ferè capita Geometriæ sunt, perquirat & definit. In hac tanta latet sapientia, ut Deus ἀνὰ πᾶσι γένεσιν Platoni dicatur. Erato ad Musicam homines inclinât, cuius suavitatem nihil est laudabilius, delectabilius, mirabilius. Hæc animos permulcet, emollit, componit, flectit: id quod scribit Orpheus; scribit etiam Clinias, qui, quoties animo turbabatur quacumq; causa, statim ad Lyram properabat: rogatus aliquoties, quid hoc? nihil respondit præter hanc vocalem, πᾶσι γένεσιν. Restat Urania, Astronomiæ inventrix, quæ Arithmeticæ & Geometriæ velut alia in cælum exulans, stellarum magnitudines, motus, harmoniam, effectus & influxus scrutatur, Medicinæ patrona, faci conficit.

Verum enim verò non est huius loci artes magnificè laudare; recensere saltem & quidem præcipua earum capita volumus, partim ut quam honesta res essent Musæ, quippe sacra, pateret, partim ut Adolescentes Studiofis suis officiis hac enumeratione submoneremus, ut illud Hippocratis ad animum sibi revocarent: μακρὰ ἢ τέχνη, βραχὺ δὲ ὁ βίος. Certe maxima est rerum discendarum multitudo: Vita verò nostra est brevis, incerta, fugax. Tempus igitur bene collocandum, nec terendum inutiliter, quod sit, si non necessaria discamus, aut minus necessaria anteferramus magis necessariis. Quæ dære Apollo ex unanimi decreto Musarum vobis Philologis hanc sententiam posthac facit cultorum præscribit, ut exercitiis Metaphysicis cum publicè tum privatim parcitis utamini. Omnino enim vobis persuasum habete, magis necessaria esse studia humanitatis, quæ Philologia sub se complectitur: quæ si conjungeris cum iis, quibus reliquas quatuor Musas Antiquitas non sine causa præfecit, habebitis sanè multum, quod utiliter agatis. Interim scitote, unam vel alteram disputationem Metaphysicam singulis semestribus habere, vobis liberum manere. Conveniebat etiam fortassis vos ab otio aliisve vitiis dehortari, sed vestra sponte ad virtutem pronos vos cernimus. Calcar tamen vobis, quo felicius hoc stadium decurratis, admoveere non nocuerit. Ecce dialogum Luciani fabulosum quidem, jucundum tamen, nostrisq; proposito, & ut finis principio respondeat, accommodum! Sic enim Venus natum compellat: Quid, o Cupido, ceteros Deos subegisti omnes, Jovem, Neptunum, Apollinem, Junonem, Matremq; ipsam me, sola verò abstines Pallade, arg. adversus hanc facultatem est ignis expertus, phætra jaculis vacua; Tu deniq; inermis arcu, & jaculans à scopo aberras? CUP. Per timeo ipsam mater: horrenda est enim actoris aspectu, admodumq; virilis. Itaq; quoties intento eam arcu peto; galeam quatens, me exterrit: Moxq; formidine tremere occipio, & manibus continuo cadunt sagitte. VEN. Atqui Mars annon hac erat formidabilior? Et hunc tamen armis spoliatum expugnasti. CUP. Imò ille lubens me recipit, arg. ultro etiam invitat: Verum Minerva obductis supercilii observat semper. Quin aliquando remere ad illam adolavi, facem propius admoventes: At illa, per Jovem! ait, si me, puer, adortus fueris, te transfordiam, aut arreptum pede in tartara precipitem dabo, aut ipsa te discerpam. Tum acerbis intuetur oculis, & in pectore gestat imaginem quandam horrendam, viperis capillorum vice comatam. Hanc vehementer equidem formido: Perterret enim me, fugioq; quoties aspectu. VEN. Atqui Minervam quidem metuis, arg. huius gestamen, Gorgona, (Medusa) qui tamen Jovis fulmen non expavescit. Dein autem Musæ cur nullis queunt abs te vulneribus confici, suntq; quod ajunt, extra tela? Num galeas & he incutiunt, aut Gorgonas obijciunt? CUP. Ipsas ego revereor mater, sunt enim vultu pudico ac reverendo: Præterea semper aliquo tenentur studio, cantusq; continuo occupantur. Nec raro illis assiso, suavitatem carminis delinitus, &c. Mythologiam omitto; clara est: Vos modò Minervæ & Musarum cultores ad hanc studia vestra accommodare: sic nuge seria ducent. Nunc Musarum cantiones publicas, hic subiectas, cognoscite, quas ut vestro ipsorum bono frequentes auscultetis, officii ratione monemus.

Hora VI. Christophorus Preibisius D. Comes Palatinus Cæs. doctrinam de animarum jucundissimam, tum utilissimam, divina favente gratia, propositurus est.

Hora VIII. M. Hieronymus Neefleben/ Dialecticæ Profess. novum Syntagma præceptorum Dialecticæ concinnabit, eog. tam Erotemata Melanchthoniana illustravit, quam cetera, quæ in ipsis desiderantur, abundè suppeditabit.

Hora IX. L. Philippus Müller absolvit hæc astate, quæ supersunt in tribus posterioribus libris Euclidis: Hinc ad Theorias & calculum Planetarum secundum methodum tabularum Rudolphinarum progredietur.

Hora XII. M. Johan. Stephanus Verbesius, Poëtica P.P. operarum suarum initium faciet à poematis Virgilianis.

Hora I. M. Andreas Corvinus Oratoriæ Prof. & p. t. Academiæ RECTOR, quantum per occupationes licebit, Partitionum Ciceronis oratoriarum Tractatum tertium persequetur, qui est de Orationis materia, modumq; omnis generis orationes & artificiosè & ingeniosè tractandi, propositis thematicis Physicis, Politicis, Theologicis, Juridicis & aliis amplius quædraginta, monstrabit.


Hora II. L. Zacharias Schneider/ Præf. Philos. Prof. publ. quam primum, Deo dñe, redierit saluus, pertextet ea, quæ in lib. s. Eth. Nicom. reliqua sunt: ac postea ad sequentium librorum Analysis se accinget.

Hora III. M. Conradus Bavarus Utr. L. & Histor. Professor proponet τὴν πρῶτην Ὀδὴν, incipiendo Iliad. A. Et distinctis diebus, cum Cicerone conjunget L. Florum de Gestis Romanorum, qui ingentem Livium non infeliciter in compendium arctavit.

Hora IV. M. Johannes Müller denuo exordietur Organum Aristotelis, & ex eo summa præcepta, cum brevi & perspicua explicatione, textui Aristotelico congrua, exponet, usumq; illorum in disciplinis, quantum pro subiecta materia diversitate fieri potest, sedulo & accuratè demonstrabit; simul etiam exercitia Logica privata in philosophicis disciplinis continuabit.

P. P. 2, Maii An. 1630.

Exscribat JOANNES. ALBERTUS MINZELIUS.



Magistris, Baccalaureis, & Studios in Academia Lipsienfi

Poëtica fabula hoc iungendo & populari involucto (quid tum temporis Philosophandi mos erat) primam arrium originem, dignitatem, & progressum continet.

Mercurius, Jove natus, est animus humanus, divine particula auræ, tanto divinior, quanto Philosophie peritior. Testudo res contenta, est corpus humanum, or-

ganon Lyre Mercurialis πολυδεσδαλον. Chordæ septem, sunt septem artes liberales, hominibus Divinitus concessæ, quibus omnis humana scientia comprehenditur. Apollo est ratio seu po-

*entia anime intellectiva: huic donata est Lyra sapientie, primum ἐν τῷ χορδῷ, mox cura posterorum, ad quos transit, ἐν τῷ ἀγῶνι facta, ut responderet numero Musarum, que sunt conge-
nitas hominum animis ardor & strenua discendi Cupido sive facultates intellectus, que artibus suis perficiuntur. Duplices autem Chordas continet hec Lyra Apollinis, Philologicas & Phi-*

sophicas. sive orationis & rerum. Illa ab initio avastat quibus quilibet diavoli Grammaticæ διὰ τὸν λόγον διδάσκειται, ἡ δὲ αὖτε τοῦ ποιητικοῦ καὶ φιλοσοφικοῦ τέχνης διὰ τὸν νοῦν διδάσκειται.

[illegible]

Verum enim verò non est huius loci artes magnificè laudare; recensere saltem & quidem præcipua earum capita volumus, partim ut quam honesta res essent Mulæ, quippe sacrae, pateret, artem ut Adolescentes Studiosos sui officii hac enumeratione submoneremus, ut illud Hippocratis ad animi sui revocarent: $\mu\alpha\kappa\rho\acute{\alpha}\nu\ \tau\epsilon\chi\eta\eta$, $\beta\omicron\gamma\chi\upsilon\varsigma\ \delta\omicron\ \beta\epsilon\tau\tau\omicron$. Certè maxima est rerum di-
cendarum multitudo: Vita verò nostra est brevis, incerta, fugax. Tempus igitur bene collocandum; nec terendum inutiliter, quod sit, si non necessaria dicamus, aut minus necessaria antefera-

